

AB  
BB  
2435







AB BB 2435



Α Ε Ω.

Offerumentum metricum;

V I R O

*Magnifico, Nobilissimo, Eminentissimo*

Dn. BENEDICTO CARPZOVIO;  
Jcto famigeratissimo, Sereniss. Saxon. Elector.

Consiliario gravissimo, Facult. Jurid. Ordinario, & Prof. Publ. Curia Provincialis  
& Scabinatus Elector. Seniori bene-meritissimo, Academiae Xviro  
undiquaque Splendidissimo, &c.

*Dn. Patrono ac Promotori suo omni honoris atq; Observan-  
tia magmento jugiter afficiundo, &c.*

*Diem Onomasticum, [21. Martii, Anno 1651.] feliciter Celebranti,  
L. M. Q. oblatum ac dedicatum.*

I.

Benedictus Carpzovius, Juris Doctor.

*(2 resolvitur in ts)*

*ἀναγεγραμμένος:*

Sed sic VIR pius & doctus coronabitur.



*I, quibus est Pietas odio, vitiumq; probatur,*

*Franguntur tristi terribiliq; modo;*

*Sed pius & doctus Vir sic diademate clarò,*

*Hic & in axe, coronabitur, ecce, poli;*

*Vivat ut aeternum summo decoratus honore,*

*Quò dignos DOMINI gratia larga beat.*

II.

Carpzovius, καὶ ἀνάγε. Poscatur Jus.



*Te poscatur, CARPZOVI, Svada Themistos;*

*Si quem jus rectum sustinuisse juvat:*

*Bartolus & Baldus, Romani Juris ocellus,*

*Saxonici Juris Papinianus ades.*

*Omnibus ex aequo jus rectum ritè ministras:*

*Te vivente vigent JUS, PIETASq; solò.*

*Te vivente solò, Musa, miseriq; clientes,*

*Orphanus ac pauper dulce levamen habent.*

*Quò longum hoc habeant, longam concedat IOVA*

*Vitam, CARPZOVI, perpete pace, Tibi!*

*Sis, BENEDICTE, DEI \* Benedictus! sit benedicta \* Psal. 115, 15.*

*Nunc & in aeternum Carpzoviana Domus!*

*Ex animo precatur*

*M. Johannes Brenzel.*

AB BB 2435

1012



**M**os erat antiquis, mos non sine laude receptus,  
 Alterum in alterius mittere dona diem.  
 Hic, cui fulgebat pretiosior eris acervus,  
 Donabat lima nobilioris opes;  
 Thesaurosque dabat pictae vestis et auri,  
 Auri, quod Japan dives et Ophir habent.  
 Alter, cui pulsa veniebant Tethyos undis  
 Marplacida, conchas, cinnama, thura dabat:  
 Mittebat stacten, spicamque unguenta Cilissae,  
 Mittebat burri Massica dona meri:  
 Mittebat rutilas et Serum vellere vestes;  
 Filaque, quae bombyx pendulus ore vomit.  
 Tertius, ut valde tenui miser Irus in auro,  
 Vota dabat nitidis vermiculata metris.  
 Ominis ergo boni mittebant talia, cunctis  
 Atque precabantur fata secunda suis.  
 Quid tibi, CARPZOVI, Jaspis praeclara Themistos,  
 Et Parnasiaci gemma corusca chori?  
 Quid tibi Natalis nunc mittam luce fruenti,  
 Quam portat faustam Diva pudori color?  
 Serica dent alii, quae discolor India mittit,  
 Et quod deliciis sectile praebet ebur;  
 Dent quae Pactolus radianti a grana volutat,  
 Ac Tartesiaco lecta metalla Tago;  
 Dent alii gemmas, dent rubri muner a Ponti,  
 Dent gazas, et quod mittit a dustus Arabs.  
 En! tibi, quem duplex furis diadema coronat,  
 Nunc ego pro donis vota precesque fero.  
 Te fortunae nunquam non rivus in auret;  
 Ducas tranquillo candida vela salo.  
 Tramite felici totus tibi transeat annus,  
 Detque Sibyllinos et HOVA videre dies:  
 Te tot suffundat bonitatis honoribus Ille,  
 Quot carpit pictas Flora venusta rosas!  
 Sic bene vive diu! Supremus faxit IESUS,  
 Natalem videas saepe redire diem!

Dn. Patris ac Propatri suo  
 gratulabundus adponebat

Benedictus David Carpzovius,



AB BB 2435

ULB Halle 3  
004 483 820



7105









3pt.

AΩΩ.

# Offerumentum metricum;

V I R O

*Magnifico, Nobilissimo, Eminentissimo*

**Dn. BENEDICTO CARPZOVIO;**  
**ICto famigeratissimo, Sereniss. Saxon. Elector.**

Coniliario gravissimo, Facult. Jurid. Ordinario, & Prof. Publ. Curia Provincialis  
& Scabinatus Elector. Seniori bene-meritissimo, Academiae Xviro  
undiquaque Splendidissimo, &c.

*Dn. Patrono ac Promotori suo omni honoris atq; Observan-  
tia magmento iugiter afficiundo, &c.*

Diem Onomasticum, [21. Martii, Anno 1651.] feliciter Celebranti,  
L. M. Q. oblatum ac dedicatum.

I.

**Benedictus Carpzovius, Juris Doctor.**

*(z resolvitur in ts)*

*ἀναγεγραμμένος:*

**Sed sic VIR pius & doctus coronabitur.**



*I, quibus est Pietas odio, vitiumq; probatur,  
Frangentur tristi terribiliq; modo:  
Sed pius & doctus Vir sic diademate clarò,  
Hic & in axe, coronabitur, ecce, poli;  
Vivat ut aeternum summo decoratus honore,  
Quò dignos DOMINI gratia larga beat.*

II.

**Carpzovius, καὶ ἀνάγε. Poscatur Jus.**



*Te poscatur, CARPZOVI, Svada Themistos,  
Si quem jus rectum sustinuisse juvat:  
Bartolus & Baldus, Romani Juris ocellus,  
Saxonici Juris Papinianus ades.*

*Omnibus ex aequo jus rectum ritè ministras:  
Te vivente vigent JUS, PIETASq; solò.  
Te vivente solò, Musa, miseriq; clientes,  
Orphanus ac pauper dulce levamen habent.  
Quò longum hoc habeant, longam concedat IOVA  
Vitam, CARPZOVI, perpete pace, Tibi!  
Sis, BENEDICTE, DEI \* Benedictus! fit benedicta \* Psal. 125, 15.  
Nunc & in aeternum Carpzoviana Domus!*

Ex animo precatur

*M. Johannes Brenzel.*

AB BB 2435

1012

